SYRIACVS STROZA, Patritius Florentinus, Pater Zachariæ Strozæ, Mater Mariæ, ex eâdem illustri Strozarum familiâ natus est, anno salutis mille-simo quingentesimo quartto, die vigesimâ secundâ mensis Aprilis, in pago paterni hæredij, apud oppidum cui nomen Capalle, in parœciâ Diui Kyriaci, ad secundum lapidem ab inclytâ vrbe Florentiâ in Hetruscis. Staturâ fuit iusta & in ætate supremâ, corpore macilento, fronte latâ, naso subaquilino, nigris oculis, labris subtilibus, ore ad taciturnitatem composito, barbâ promissâ, nigrâ & canis interspersâ cum senesceret: parcus illi sermo, sed gravis & eruditus. Primis ætatis suæ temporibus, maximam orbis partem semper inhætens studiis peragrauit. Vxorem numquam duxit, quod existimaret curam rei vxoriæ nō posse cohærere cum vitâ eius qui seriam philosophandi rationem inire decreuerit; filios tamen naturales, iuuenes amisit, Fratres sororesque plures habuit, omnes artiū liberalium amatores: quorum plerique im-maturâ ætate decesserunt, præter Franciscum Vtr. Iur. Doct. quiccum olim Fulginitibus, antiquæ ciuitatis Italicæ populo, bis sumimâ cum laude præfuisse, ceteris omnibus ad ultimam senectutem bene beatèque superuixit. Sicuti & illa virgo Laurentia Monialis Dominicana, eiusdem Stroza soror, utriusque linguae peritissima, cuius mirabiles Hymni omni Lyricorum metro Latinè conscripti leguntur, ac musicis modulis sacræ Hymnodiæ accommodatissimis interpuncti & notati sunt, digni quoque iudicati quos Gallico atq; Italico metro donarent eximiæ notæ viri. Fuit huius viri summa virtù integritas, eadēmque multum ab omni ambitu & contentione honorum remota: ingenium liberale (dubium an acre magis,) liberi sensus & perhumani; sëpe voces efferebat, quæ videri poterant antiquæ venerationis; præter hæc insignis architectus, & multus in re hortensi, sedulus scrutator cultorq; fructuum de rariore nota: quos etiam missitabat Cosmo, magno Hetruriæ Duci, qui ob id dictitare solitus erat, à ceteris se Pisane Academiæ doctribus importunè ambiri: ut gratiâ & autho-

Tom. III.

ritate iuuaret eorum necessarios; à Strozâ autem (cui inter ipsos, doctrinæ primas, suffragio suo deferebat) semper aliquo elegatiore fructu donari: ne dum ut improbè quicquam ab ipso flagitaret. Legit & disputauit in Academiâ Florentinâ, ut illic mos viget: postea linguam Græcam & Philosophiam magnâ cum laude in eadem vrbe docuit: deinde professus est per annos circiter octo Bononiæ: postremò accitu principis sui Cosmi, Magni Hetruriæ Ducis, Pisæ venit, ubi per annos viginti & amplius honestis conditionibus egit: semel enim dumtaxat in hebdomada suggestum concendebat: feriarum tempore ad paterna rura reuertebatur, Florentiamque se recipiebat, ubi amicos, parentes, viros etiam doctrinâ insignes inuisebat, atque adeò ipsum Principem: à quo tanti siebat ut sermonibus ultra citrōque habitis, quatuor, quinque, aut amplius horas cum ipso, interiori loco, consumeret. Ex eius disciplinâ magnus prouentus ingeniorum prodiit: quo in numero sūt Cardinalis Columna, Cardinalis Ursinus, Episcopus, ex primariâ Pisarum nobilitate, Gualandy de Cesena, Cardinalis Alciatus, & innumeri alij, Ludouicus Antinorus, Episcopus Pistorij, & Nuntius Pij IV. Pontificis ad Cæsarem, Pyrrhus Stroza consanguineus, qui præmaturâ morte ex humanis excessit, Petrus Oricellarius sanguine & amicitia ei coniunctus, qui etiamnum inter primarios Florentiæ viros literarum laude censetur, necnon insignis Franciscus Bonamicus Florentinus, Sophiae studiis ut præclarissimus, ita Sophon maximum præceptorem suum, publicè docens, nunquam sine honoris præfatione laudauit. Ad hæc omnis generis disciplinæ peritissimus, in primis Philosophiam Peripateticam excœluit, in qua omnibus sui temporis Philosophis præcellens, Nonum & Decimum, Aristoteles Republica libris Græco idiomate adiecit: quibus ita mentem, dictionem ac stylum ipsius expressit, ut vix utrumq; quis discernere possit: eosdem postea Latinè ipse interpretatus est, quos hodie præ manibus in corpore Aristotelis habemus: quin & Federicus Morellus, Professor Regius Lutetiae, in Gallicum sermonem vertit, additis aliquā multis notis. Quod quidem opus nec dum prelo mandatum admirās amicus,

Fff ij

non ita tamen commendauit ut immune prorsus mendā iudicaret : dixit enim ipse met Strozæ, in hoc tantum ab Aristoteleo stylo diffētire, quod poētæ sententiis authoritatib[us]que nimis abundaret : At subridens Stroza, Id feci (inquit) ut mei vide licet, non ipsius Aristotelis, habentur libri. Multa insuper de omni genere philosophiæ conscripsit volumina, ut idem in epistola ad Petrum Oricellarium testatur, in qua duos imò quatuor de prima illa, quæ cæterarum philosophiarum domina est & Regina philosophia, locos edidit, librisque suis Politicis à se Latinè factis adiunxit. Est autem prior locus, atque adeò caput in libro nono ad Arabum commentariorum normam inter textum vndecimum & duodecimum locandum : quod quidem caput non Latini modò omnes interpretes omisere, sed quod longè mirabilius, ipse siue Alexander siue Michaël omisit; Alter præterea in textu trigesimo sexto, septimo & octavo, ad duodecimum eiusdem Philosophiæ, in quo mirabiles ruinas interpretes omnes fecerant, textum ipsum verborum castigatum & expurgatum restituit, Latinumque fecit, & utrumque doctissimè elucidavit. Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cùm esset, primus omnium Latinitate donauit, ut inter alios author est locuples Gesnerus in sua Bibliothecâ. Extant quoque quatuor illius siue orationes siue introductiones in quatuor Ethicorum Aristot. libros : quarum prima est in caput decimum libri tertij de Temperantia & eius extremis; secunda, in quintum librum de Iustitia, & Iure : tertia, in octauum de Amicitia : postrema in decimum de Felicitate quæ sapientiâ comparatur. Et hæ dumtaxat quatuor in manus hominum peruererunt, ex quarum elegantia & prudentissimo dicendi genere appareat quanta labes literariæ rei facta sit, in his quæ desiderantur. Pluribus eius monumentis Posteritas frueretur, maximè vero selectis tot problematis, orationibus, epistolis, quæ Græcè scripta omnia, & ad Aristotel. Ideam expressa teneremus, tereremusque manibus, nisi cùm in extremis esset, furto pessimo illi periisset cista, cui præcipuus ingenij fœtus commiserat, quos iam affectos publicare in animo habebat, ut ipse con-

firmat in ea quam commemorauimus, epistola ad Petrum Oricellarium. Obiit, ut pius decuit, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Pisces, morbo calculi, sexto die Decembri: unde liquet eum vivisse annos circiter sexaginta tres, totidem quot Aristotelem prædicant. Corpus translatum fuit in ædem eiusdem Diui Kyriaci, ut mandarat. Eius autem statua erat inuenitur Florentiæ, in æde Diuæ Mariæ nouellæ, in Sacello gentis Strozzi: quam Roscius unus ex illorum maioribus trecentis abhinc & insuper annis, in æternam sui suorumque memoriam fundauit. Si quem ingenuus amor tenet plura de hoc viro cognoscendi, consulat Petrum Bembum in Epistolis, Benedictum Varchium in multis eius opusculis, Piccolominum, & Claudio Tholomeum Senensem utrumque, Antonium Bargam, Annibalem Carum Equitem, Antonium Palearium, Paulum Minium in Apologia Florentina, Iacobum Sadoletum, Flaminium Nobilium in commentariis ad librum Aristot. primum de ortu & interitu, Petrum Fonsecam in Metaphysicæ Aristot. libro nono ac duodecimo, Petrum Victorium, Theodorum Zuingerum in Prolegomenis ad Politica Arist. Petrum Poissoneum Andegauensem, Regis Galliæ consiliarium, qui fecit partitiones Philosophiæ ciuilis, ad imitationem Aristotelis, aut potius ipsius Kyriaci Strozzi, in libro eius Politicis nono & decimo : complures alios qui eius ætate & postea floruerent, clari in omni doctrinâ viri. Hæ veritatis causa describenda curauit Nobilis ac studiosus Zacharias Montius Matthæi filius & inclitæ memoriae huius viri ex sorore nepos.

Η Φθονερή μοῖρα Στρωζᾶ ἐλε, μωράδησμα
Στέεωσι δαιμόνιον πάμπομ Αεισοτέλη.
Ημεροπή, Στρωζᾶ δι' Αεισοτέλη γένεστι,
Καὶ τὰς τῆς Στρωζᾶ ζώδια Αεισοτέλης.

Idem Latinè.

Inuida mors Strozam rapuit, cùm stulta putaret
Extinxerat eximium prorsus Aristotelem.
Verum aliter res est, per cum nam Stroza resurgent,
Per Strozam rursus viuit Aristoteles.

COSMO MEDICI
FLORENTIÆ ET
SENARVM DVCI

KYRIACVS STROZA S. P. D.

Ntequam ad horum argumentum
librorū venio, INCLYTE COSME,
necessē habeo mei huius factiratio-
nē reddere, eisque hominib⁹ à quibus
inuadisentio, atque eo in primis, quod Po-
liticis Aristotelis præceptis, cœu manca ea
sint, nec usquequaque perfecta, & absoluta,
manum extremam vñus ego ausim impone-
re, ac iam ea imposta, opus istud in apertum
proferre: altero, quod in eo faciendo Græca
oratione uti maluerim; tertio, quod nimis
multus fuerim in colligendis poëtarū & ve-
terum authorum sententiis, atq; huc trans-
ferendis. Verūm ego ne singula quæque ini-
quorum dicta meorū exquisitiūs persequar
nunc, quod ad illud primum attinet, et si ex
primis libri nostri prioris verbis, quem librū
Politicis Aristotelis, nonum adnumeramus,
aperte possit intelligi, quām necessaria hæc
fuerit accessio, non cōmittemus tamen, quin
primum hoc illorum dictum, cœu crimen in
nos intentum, haud omnino leue, quibus po-
tenobis fuerit argumentis, diluamus refute-
musque. Hoc ergo cœu axioma primò positū
sit; Nusquam Aristotelem in philosophia ex-
plicanda & docenda committere id, vt leuia
& minuta, atq; interdum minus necessaria,
accuratiūs sectando, & exquisitiūs, in eis cō-
niueat, quæ grauia ita sunt, itaq; grandia, vt
omitti sine scelere non possint: atque iccirco
minimè decere, communis vitæ magistrum,
depictura, de literaria, de gymnastica, deni-
que de musica facultate, & subtiliter, & co-
piosè differere, harūmq; omnium honestate,
utilitatēque exposita, ad eas capiendas, iuuē-
tutem quasi lege cogere, musicā præsertim,
in cuius tractatione, librum extremum totū
penè consumpsit; eas verò quæ subsequebā-
tur, ac necessariò subsequebantur, omittere,
Bellicam dico facultatem, & Principalem,
& Pontificiam. Præsertim cùm ciuitates sine
illis fortasse quoquo modo queant constare,
sine his, nullo. Nam quæ tandem quæso po-
terit ciuitas pace frui, & tranquillitate, quæ
liber tatis & imperij custodibus careat, &
principibus, & sacerdotibus? certè nulla.
Porro autem quomodo facultates hæ poten-
tia ciuib⁹ illis, suo tempore exerceri, qui
nullas hasce in adolescentia antè compara-
uerint? Haud igitur conuenit, de illis pro-

culdubio leuibus, si cum hisce conferantur, præcipiētem, integrum volumen occupare, de his ne verbū quidem facere. Omitto dicere nunc, librū eundem octauum, si aut cum Ethicorum decimo, aut cum extremo Elenchorum, qui appellantur, atq; in quo Logicę artis, & facultatis totius posita peroratio aptissima est, aut deniq; cum celeberrimo illo A. postnaturalium, componatur, nullam tā præclari operis clausulam præ se ferre, nulla perorationis vestigia, quibus opus inceptū, se iam perfecisse author ostendat, atq; in libris illis apertè ac diligenter ostenderat. An ergo quisquam sanæ mentis homo, nedum philosophiæ alumnus, dubitet, Authorem, aut morte anteuertere, manum extremam operi huic præclarissimo imponere non potuisse, aut si forte imposuit, temporum iniuria, sicut alia permulta antiquorum opera, ita & extremum hūc Aristotelis laborem interiisse? Nos itaque multum ac diu rem hanc apud animum nostrum reputantes, summiq; & facundissimi præceptoris libros, Politicos dico, numero quatuor & viginti: tot enim Plato ipse variis titulis inscriptos huiuscce facultatis, nobis reliquit, cū his octo, ab Aristotele scriptis, componentes, in eam sententiā ferebamur, vt cùm rerum harum nullam à Platone omissam videremus, quas enumerauimus nunc, mancam omnino Aristotelicā hanc tractationem esse certum haberemus, ac libros præterea aliquot desiderare adhuc, quibus facultates hæ proculdubio necessariæ, cum comparandi modis exponerentur, atque eiusmodi perorationem ad extremum debere accedere, quā nobis liceret apertè cognoscere, institutum opus exactum iam esse & consummatum. His accedebat, dico, vt hoc aggredi minus cunctaremur, ipsiusmet doctoris auctoritas: qui cùm sæpe aliás suos sectatores invitet, ad philosophiam non modo perdiscendam, sed etiam emendandam, perficiendam, amplificandam, sententia hac de sui eiusdē præceptoris arculis de prompta, primōq; de moribus inserta, acrius adhuc nos incitabat impellebatque. est verò sententia hæc: Δοξει δ' αὐτὸν τῷ φιλοσοφῷ, καὶ μηρόδαι-σι τῷ καλῶς ἔχοντα τῷ φιλοσοφῷ. Καὶ οἱ χειρίστε τῷ τεινούτῳ Α-γεντικόν, & συνεργός αὐτῷ τῷ οὐκέτη τῷ περιπτῶντι ανθεῖστον θεο-τοκον. πάντος γοῦ φιλοσοφίαν π' εἰληπτον. id est, Videatur au-

Fff ii

tem, res illas quae descriptione commoda comprehenduntur, cuique licere producere, & corrigere: ac tempus multum adiumenti afferre, ad hæc & talia inuenienda: temporis enim beneficio artes repertæ sunt, & auctiores effectæ. que enim desiderantur, ea addere omnes, qui possunt, debent. Pat fere sententiæ huic in minori postnaturalium A. scripta sententia est, inque altero item de Cœlo. Atque hæc prima huius quasi cuiusdam philosophici conflictus velitatio sit. Quod verò ad Græcæ orationis usum, atque, ut isti volunt, abusum, pertinet, respondeamus: Non tantum eius studij, quod in Græcorum omnis generis scriptorum posuimus, & in quo ætatem ferè omnem consumpsimus, non tantum inquam pœnitere nos, ut in opere hoc exigendo, ad veteris ac veterinoꝝ tralationis accessionem, extremum hunc laborem nostrum conuerteremus, aut cum nos ipsi istis interpretibus æmularemur; qui dum de Cicerone Aristotelem vertunt, non semel sed saepè id committunt, ut authoris sensa, aut non vera efferant, aut Aristotelicis, & veris, interdum pugnantia: id quod haud difficile possunt animaduertere, qui mediocriter literati in eos acriter anquirunt. Multo itaque præclarius, & honori nostro, & studiosorum iuuenium utilitatib; (si qua hinc percipi poterit;) nosmet consultum ire, estimauimus, si Politica præcepta perficere statuentes, quæ ipse inchoauerat Aristoteles, Aristotelica dictione ea perficeremus, ac stilo, præsertim cum minus desperandum nobis sit, haud defore homines, & probos, & egregie literatos, qui siue rei ipsius utilitate illecti, & honestate, siue nonnulla nostri charitate impulsi, libros hosce & Latino; & fortè etiam vtnaculo sermone, accurate, & fideliter versuri, nec multò pòst, sint. Iam verò quod aiunt nos, haud omnino philosophorum more, sed institutorum & cauponum fecisse potius, qui non sententias modò, verum etiam verba & clausulas interdum integras, de antiquorum monumentis philosophorum, abreptas concessimus huc, respondemus: Neque Platonem neque Aristotelem, aut quemquam eorum, qui ante hos philosophi numerantur sapientiæ vniuersæ fuisse reperiatores, neque se pro tali, ullum ex eis inquam venditasse. Idque adeo è Pythagoræ sententia esse manifestum: Qui quum se nō sit, id est, sapientem, esse negaret, philosophū quidem certè, id est, sapientiæ cultorem, sectatorēmque, & haberi voluit, & dici. Ex illo quicumque è maioribus egregiè philosophati sunt, agnominis huiuscem memores, dum maiorum suorum inuenta, & tractationes, ad veritatis amissim exigunt, philosophiam ipsam auctiorem fecere, & emendata magis nobis tradidere. atque Aristoteles in primis, qui dum per summum laborem eandem studet limare, & expolire, apis Matinæ more modoque, ut ait Lyricus, quæcumque rectè verèque tractata à

veteribus inuenit, hæc & libans & cōprobans, in rem suam, aptè atque appositè vertit. si. qua autem minus rectè minusque vere clara offendit, ea tum corrigit, tum reprobat, dum. que hæc ita facit, philosophiam vñacum suis. sectatoribus, & administris, in splendorem dat, nec quemquam corum, meritis suis fraudat. Quo magis reprehendendi, an ridendi? homines quidam videantur, qui maculam illum summo ac præstantissimo philosopho impingunt; afferentes scilicet, eius opera, & opibus, egregia & utilia antiquorū scripta, irrita obliuione obruta fuisse. Id quod si ita factum est, quî quæso licuisset subsequentibus philosophis, iis etiam qui vel extremis Rom. imperij temporibus floruere, eadem ipsa citare, cùmque Aristotelicis, & Platonicis conferte: illorūmque primorum (inquam) sapientum sapientiam, suis disputationibus, nobis testatam relinquere? Nam si Aristoteles, Macedonum opibus fretus facere istud cogitauit, ut que volunt isti, effecit, cur non potius quæso, ipsius sui præceptoris scripta cremonda curauit, & abolenda? quibus certè saluis, nobis facile licet, omnia ferè illa agnoscere, verba inquam, & sententias; quas cum ipse inde assumpisset, rectiusque compilasset, in eum quem videmus nunc ordinē, ornatūme; certè admirabilem perpetuumque, rededit. Folia ergo hæc sunt & nugæ meræ, hominum non quidem philosophantiū, quin in philosophia oscitantium somniāque fingētum, nec vidētum, quantum ab Aristotelici animi, & philosophici ingenij celitudine, disjuncta hæc sint. At vnde egressa est, illuc oratio nostra reverterit: & quod proposuit, tandem concludito. Quum igitur hæc philosophandi ratio nota, & instituta semper fuerit, ut ex vetustis maiorum monumētis, quævis pars ipsius amplificari possit, & expoliri, & perfici à pòst genitis iis qui in eundem puluerem idémque stadium descendunt; haud profectò iure accusetur, si quis rationem eandem à maioribus per manus traditam, iniens tenēnsque, quas in philosophia partes, quæque, ceu in animantis cuiuspiam corpore, membra manca, neque adhuc absolute reperit, ea ipsa pro virili absolue, perficere, expolire, operam dat. Iam si qui ingenij culpa (εἰς χαμηλής τις εἴησεν) (iuxta Pindari sententiam;) altius spectare sequē humo tollere nequeant, inque hoc vno laborant, ut meritas aliorum laudes maledicendo obterant, alienæque gloriæ tenebras offundant: quid, per Deos, homo præsertim philosophus, eis æquius imprecetur, quam ut mentem Dij ipsis meliorem dent; quam capientes, & verius queant, & mitius iudicare posthac de rebus præclaris, atque à vulgari & vñitata studiorum consuetudine, addam etiam & sua, longè disjunctis? Atqui expurgationū quidem, & refutationum abundè esto. Tu verò Cosme ornatissime, quem decoris atque adeo maiestatis causa, s̄pē & li-

benter nomino, quique mortales cunctos tui loci atque ordinis sapientia simul & prudens, bonorum omnium confessione antecellit, qui que ciuilem hanc philosophiam, non literis quidem nudis, & disputationibus, sicuti nos, nostrique similes, quin rebus ipsis gerendis, præclarisque officiis præclarè faciendis, id est, populis imperio regēdis; (hæ tibi enim

artes sunt;) mente & intelligentia totam cōprehendis, & retines : & verè & sincerè de studiis istis & laboribus nostris, iudicare poteris, & sordēmque ab omnibus omnium iniquorum morsibus, facile defendere. Id quod ut facilius etiam facere possit Sapientia tua, ad argumentum librorum exponendum venio : Est verò hoc.

ARGUMENTVM.

 IVILIS ratio omnis, intelligentia continetur & vit.e præceptis. Nam cū philosophi.e huius laus omnis in actione consistat, ad agendum autem præcepta ante requirantur, oportet omnia h.ec intelligentia anticipari, ut sciamus quid sit virtus, quid officium, qui denique finis, quo officia diriguntur. Verùm quum vita nostra omnis officiis occupetur & regatur, tum priuatis, tum familiaribus, tum publicis; hinc sit ut omnis prudenti.e vis, que officiorum regula est, in h.ec tria siue capita, siue genera necessariò tribuatur. Atque ex his officiorum fontibus tres promanant facultates, quas sapientissimi Graci tribus vocibus distinguentes, primam Ethicen appellant, alteram Oeconomicā, tertiam Politicam. nostrī Moralem, Familiarem, Ciuilem. Genus autem supremum omnia h.ec comprehendens, dicitur ciuilis siue ratio siue philosophia. Namque ciuitati colende ergo & celebrande, homines nati sunt, cogitationes autem omnes, omnia hominum officia, omnes artes, & scientias philosophia ipsa complexa est: & propterea omnes qui honeste & utiliter agunt, aut verè, & intelligenter animum mentemque exercent, hi & philosophari dicuntur, & philosophi iure appellantur. Itaque Aristoteles, in omni philosophi.e genere, siue intelligentiam queras, seu vit.e præcepta, principatum obtinens; quum ea eiisque partes, haud sanè completas, nec rite omnino tractatas, à maioribus accepisset, ciuilem hanc rationem, pariter ac ceteras, ad veritatis amissim exigere, omni ope nisus est: cūque partes ipsius omnes diligenter esset persequuntur, totam prorsus exegisse videri poterat, si libros illos, his octo Politicis adiecerat, qui, sicuti superiores illi artes & facultates minus necessariae fuerant complexi, eas complectarentur, que restabant adhuc, queque omnium maximè fuerant necessarie. Nam quum in septimo huius de republ. tractatu, omnes beatæ ciuitatis partes egregiè disposuerat, publiceque felicitatis certum rectumque iter monstrasset, ut institutio talis in eternum si fieri posset proucheretur, ad seminarium ipsius, id est, reipublicæ, pangendum aggressus, de coniugiis egit, formulamque hæc ritè copulandi, descripsit; post illa ad curam infantium, non adhuc in lucem editorum, sed eorum prius qui maternis uteris concepsi, adhuc gestarentur, suscipienda parentes excitauit, eiusmodi prægnatis modum vivendi prescribens, quem seruantes, conceptos fætus facile, sibiique & reip. utiliter

parcent. idque adeò sic euenturum eis esse dicebat, si nec otio languerent, nec grauioribus animi curis, aut corporis laboribus corpora macerarent. Porro autem quibus ludis studiisve, ab ortu ad annum usque septimum, oblectandi infantes essent & occupandi, & à quibus arcendi, ita diligenter persequutus ad finem libri est, ut non vulgaris, & tatis huius regēde magister fuisse idem videatur. Iam quum permensi infantiam sint, artes quatuor quibus subsequens etas foret imbuenda proposuit, Literariam, Fictricem, Gymnasticam, Musicam. In artis huius ratione præcipienda, tam fuit accuratus & diligens, ut librum octauum totum penè ei dicauerit. ex quo facile omnibus licet coniicere, qui vel mediocriter etiā philosophi.e huic operā dedere, libros præterea aliquot ad eā ipsam explendā desiderari adhuc. Hoc rerum ordo aperte postulat, hoc extrema libri verba indicat, que clausula nullam, ne dū tam præclaris operis iam absoluti, sed ne libri quidē ipsius prese ferunt. Hisce igitur animaduersis, acdiu multumq; agitatis, tria omnino desiderari, certū habuimus: sunt vero h.ec, facultas Militaris, Principalis, Sacerdotalis, unde cū modis quibus singulaqueq; valeant comparari. Verùm cū in superiori disputatione, omniū harum causas & rationes attulerimus, ob quas proponend.e fuerat, & explicande facultates h.e, nihil nūc restat aliud ad argumentū expediendum, quam ut modū, quē admodū eas tractauerimus, exponamus. De militari igitur agere instituentes, quē hæc tenus ciuile philosophiū Aristoteles appellauerat, eum nos bellum vel militarem, tantisper appellādum, claritatis gratia censuimus. De scopo, & sublato ipsi signo diligenter quæsuimus, & quodnā id esset, & quotplex, ostendimus. De officio, de instrumentis, denique de modo militū faciendorū, qui positus est in delectu; huiusratio quanti sit momenti, multo exquisitiū norunt ij qui bellica studia, tum militando, tum imperando exercuere. Id quod cū negatū nobis fuerit, argumentis & autoritatibus veterū scriptorum, & exemplis, præcepta hæc confirmare conatis sumus, aliquot nationū & gentiū instituta adnotauimus, à poëtis nō pauca accepimus. Hac absolute ad Imperatoriā sumus aggressi, quā nota & instituta ratione tractauimus. statimq; ad Principalem venimus. Principalem eā appellantes, que variis excellenti.e gradus cōtinet, quāmq; αρχιλοχος Graci appellat. Huic Imperatoriā ceu formā proprio generi subiecimus, & ceteras, ut Iudiciale, Legiferā, Polit. Reg. Pont. h.e. n. omnes principalis ipsius genere cōtinētur. At de Cōcionatrice & Senat.

dubitauimus, num scilicet principali essent subyiciende, an magis curationes quædam, & ministeria, appellande, habendeque: per Concionatricem, eam intelligentes, quæ popularis tabella, manusve porrigenda domina est. de his ambabus mediocriter differentes, id statuimus, quod vero magis simile esse videbatur, atque ad ceterarum affinitates, & discrimina inter se distinguenda venimus: Legifer, & presertim, & Politica, & Regie: atque his expeditis librum priorem, quem politica facultatis nonum numeramus, conclusimus. De tota autem Regia in sequenti egimus, & Pontificia: ac de Regia quidem agentes necesse habuimus, de regnorum ortu & obitu nonnulla memorare, & causas, tum à natura, tum à fortuna deducere. inde verò ad facultatem ipsam rite comparandam accedere, & aliqua ex parte etiam exercendam. Ad Pontificiam verò & Sacerdotalem venientes, ea in medium attulimus, quæ temporibus illis, quibus hæc scribebat Aristoteles, videbantur congruere, de pietate scilicet & religione differentes. Namq; hoc, initio fuit nobis propositum, ne lineam hanc transiliremus: Quin, vt authoris ipsius personam induentes, rationem ab eo institutam ad exitum usque, (si fieri posset,) tenentes, perduceremus. De cultu igitur, & veneratione Deorum immortalium, de que sacerdotibus, & pontificibus, ita egimus, ut superstitionem Græcorum, iure suggillantes refellentesque, de ceteris potius dubitanter quam præcisè quicquam affirmantes differeremus. Iam quum preclara hæc, & illustris de rep. tractatio, perorationem eiusmodi videretur postulare, quæ rerum maiestati resonaret, atque repertis; propterea nos si preceptoris personam induere antè

adnisi fueramus, ut eum in opere hoc perficienda exprimeremus, in hac quidem certè parte peroranda insolitos nisus adhibuimus, ut eam ipsam verè indueremus sustineremusque. De uniuersa itaque philosophia ab ipso eodem hactenus tractata, veras certasque rationes reddere conati sumus; atque hoc asseruimus, omnes diuini hominis labores, omnia studia, vigilias, conatus denique omnes, ad hæc duo sublata signa semper contendisse. Primum, ut per virtutem moris & prudentiam, felicitatis comparanda ratio in ciuitatibus constitueretur: inde vero, ut per rerum quæ sunt, siue omnium, siue quamplurium, cognitionem, earumdemque authoris & generatoris intelligentiam, atque admirationem, gustum aliquem illius alterius felicitatis, cuius (teste Plotino) umbra quadam ciuilis hæc, & simulachrum est, homines illi acciperent, qui altius spectantes, humana omnia se infra posita esse, iure existimarent. Hæc nimirum Aristotelis mens, hic in Philosophia explicanda finis eidem semper propositus, animoque illi certè diuino continenter insixus. Huius nos vestigiis insistentes, COSME Sapienti, atque eisdem studiis incumbentes, hæc edere, que Celsitudini dicare fidentius fortasse quam consultius, sumus aggressi. Nempe ad eum finem, ut tranquilla & pacata tua hæc tempora, provirili etiam nos condecoraremus: sperantes, eiusmodi ea ab hominibus, non sanè illiteratis, existimatiri, cuiusmodi Sapientia tua iudicium de eis ulerit. Vale igitur, & admirabili ista, quanunc meritisimo frueris, felicitate, idem Tu una cum tuis omnibus in eternum fruere; nosque, & fons, & ama.



ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΤΟΥ

ΣΤΡΩΖΑ,

ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΘΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

πολιτεύσθη ζκ'.

KYRIACI STROZÆ

DE REPUBLICA, LIB. IX.

VVM de Republica illa, A quæ omnium optima est, egerimus, & de Musica itemque de alia disciplina nonnulla, de eis quæ restant, posthac agendum. Sunt verò facultates hæc, Militaris, Principalis, Sacerdotalis. Namque sine custodibus sine principibus, sine rei diuinæ cultoribꝫ, nulla vtiq; ciuitas cōstiterit. Quapropter de hisce vniuersis conuenienter agere, ciuilis philosophi munus est. Dico autem quonam modo iuuenes educati, & assueti, harum compotes facultatum euadant, & virtutum; simul etiam vt legum conditor his insistens vestigiis, de illis rebus omnibus, quæ ad ciuitatem firmandam pertinent, atque ornandam, abundè & utiliter leges condere queat: (quippe dictum enim olim fuit, legum latorem nonnihil à ciiali philosopho differre:) Nec minus etiam, vt quæ initio proposita fuerat tractatio conuenientem modum habeat. Necessarium itaque est de his dicere, ac primùm de bellica facultate. Hæc ve- rò duas in parteis distributa est, in Militarem, & Imperatoriam. Nam sicuti in statu ciuitatis partim sunt qui imperant, partim qui imperantibus obediunt; ita & hic rem se habere comperiemus, vt sint partim Milites, partim Duces, & Tribuni, & Praefecti, quoad ventum ad eum sit quem penes summa rei bellicæ ac totius exercitus imperium est: his enim ceu gradibus quibusdam



ΠΕΙΔΗ τοι πολιτείας Εύρηται τῆς αἰεῖν, καὶ τοι μετοχῆς, καὶ τοι ἄλλης παγδείας θνάτου, τοι τῷ λοιπῷ ὑπεροχή λεκτέου. Εἴτε δὲ τοῦτο οὐ τοι πολεμικὸς, καὶ οὐ δέχεται, καὶ οὐ τῷ φειδείᾳ. Αὐτὸν γάρ φυλακῶν, καὶ δέχεται, καὶ τῷ τῷ φειδείᾳ οὐ πολεμοῦνται, οὐδὲ μία πόλις αὐτοῖς συζαΐη. Μέντος καὶ τοι τούτων απόμντων οὐτοι τῷ πολιτικοῦ διελθεῖν καὶ Βόπον. Λέγω δέ πάσι ποτὲ αὐτοφέρετες οἱ νέοι, καὶ εὐθαίρετες. Ταῦτα καθήμεται τοι διωρίμεις καὶ δέρεται ἀμαρτίαν οὐτοῦ οὐ μεθέτης τούτοις ἐπόμνιος, τοι πολύτων τῷ καὶ πόλινοῖς τῷ δικαιολογοῦνται. καὶ αὐτοῖς τοι λέλεκται πάλαι ὅτι Διοφέρδης πάσι οὐ μεθέτης τῷ πολιτικοῦ. οὐχ οὐτοι δέ οὐταί τοι δέχεται τοι πολεμικῆς. αὐτοὶ δέ εἰς δύο διηρητοὺς μέρη, εἰς στρατιωτικῶν καὶ ιταμενικῶν, οὐδὲ εἰς στρατιωτικῶν καλεσίν, τὰν οὐδὲν Διοφέρδης. καθαρτοὶ γάρ οὐτοι οὐτοι τῆς πολιτικῆς κατεσάσσεις, οἱ μὲν δέρχοντες εἰσιν, οἱ δέ δέρχομνοι, τοι πλησίων δὴ καὶ τῷ πολεμικῷ, οἱ μὲν στρατιώται εἰσιν, οἱ δέ στρατιγοί, οἱ τοσοστρατιγοί,

καὶ οἱ τοισιδέρχοντες αὐτοχειρόποδες αὐτολεχεῖν τοι εἴσα. οἱ τούτοις γάρ οὐτοι τοι πέλος τῆς πέ-

χεις Ταύτης. ὁ μὴ σὺν ἀγέρτῃ με καλεύμε-
νος πολεμίκος, Θρικείας χάρειν ὑπερευλε-
λέψω πολεμίκος. Τῷ Τοίνυν Βουλευμήν πε-
εὶ δικαιώσεως Ταύτης αὐτίως τῷ πολεμίκοι
νανθίεται, αἰδανούσιον πολεμίκοιν εἰδέναι
τίς, καὶ ποῖος ὁ τῷ καλευμήνοι πολεμίκοι
συγπόν. οὐ γάρ οὐτινὲν λικτόλευ βίδυμονία,
οὐδὲν αὖ (ὅτερος οὐ πανοπόστεν αὖτις) βί-
δυσινίνην· καὶ γάρ αὐτη τέλος τῷ ερατηγερῆ
Τιοδτος. Κακείνη δὲ πάσσας θεῖς τῷ αἰδερ-
πων πολεμίκοιν πολεμίκοιν πᾶσι τοῖς Αἴγα-
νονίμαισι, καὶ τοῖς οὔμενοις. Συντάμνη δὲ ἡ μεῖς
τινῶν οἰκείον τῷ πολεμίκοι συγπόν. οὐδὲ
σύντοι, οὐχ εἴσηγε καὶ αἴπλοις, ἀλλὰ πειχῆ
διηρημένοις. σκέψαται γάρ οὐ πολεμίκος,
οὐ πως πολεμίκοιν βύρωσις καὶ ισχερεῖς πρέ-
χη τῇ πόλει πὰ σώματα Τοὺς ερατηγερᾶς. Τὸ δὲ
διάπερν, οὐ πως διψύχοις. Τὸ δὲ πείτον καὶ τε-
λευταῖον, οὐ πως διπειθεῖσ. διπειθεῖσ δὲ λέγεται
Τοὺς πειθαρχεῖν εποίμοις μέρον, ἀλλὰ Τοὺς καὶ
πίστη καὶ δύνοια εἰς Τοινὸν τῆς πόλεως Αἴγα-
φέροντας. πύτοις δὲ πᾶσι πομάτες μῆτρεοί
σιν, οἵσσι τοῖς πολιτειαῖς πεφιλοσοφήσασι
μέγετην. καὶ γάρ οὐδὲν οὐδεπόλει τῷ
ποιητῷ. καὶ γάρ τοι οἱ Πίνδαρος αἰδερίγονοι
εἰ μὲν ταῦτα,

Περάσαι μὴ ἔργωσθέντος.
αὐτη γάρ οὐχί φιστική ἀλλ' οὐκ ἔτεικτος.
οὐδὲ Ομηρος τοῖς διψύχοις Ταύτης.

Οὐ γάρ μειδυμάτοις αἰλυσκάζοντα μά-
χεσθαι,

Οὐδὲ κατατίθωσειν.

Οὐ πίμεδεος οὐδὲ αἰχμέοις.

Τοῦδη ἀγαθόδοιτ' αρρέπεται γένος,
γάτε πλίνω

Ταρβός.

Ταῦτα γάρ πομάτα ἐμφανῶς δηλοῖ, τούτων
ισχεῖ, καὶ τὰ διψύχοις, μαϊκάχηα εἰς τὰ
ερατεύδη μηδεὶς, καὶ τὰ πολεμίκα μεταχθ-
εῖσθαι. καὶ οὐτι αὐτη πολεμίκη διδρείας κρηπτίς, καὶ
σὺ φύσεως καταβολή. πολεμίκοις δὲ καὶ
τοῖς διπειθεῖσιοῖς αὖτε. οὗτοι γάρ οὐ μάχαρές
ερατηγερῶν τοτε ἀπακτονοῦνται Τροίων, οὐ δι-
δορούμενοις, καὶ διδυπειθεῖσ, επαγνθόντες πα-
τονται τῷ Ελλέων, οὐ διδυπειθεῖσ, ὥδε,
οἰστοι αρρέπεται μάχεσ πνείοντες Αχαιοῖ

Σιγῇ, διψάτεται σπουδήτορες.

Μηδὲ οὐσιποστεῖν καὶ οὐρέμφι πεποιθεῖσ,

Οἶστος πολεμίκης αἰχμῶν μεμάτω Τρώεσι μά-
χεσθαι.

A artis huius dispositio continetur, & absolu-
tio. Ut autem clarior disputatio sit, & dilu-
cidior, qui hactenus ciuilis philosophus di-
cebatur, militaris posthac dicitor. Iam si
quis de facultate hac pro eius dignitate age-
re velit, necesse habet ante omnia, videre,
ecquidnam sit bellico huic, quem dici-
mus, philosopho, signum sublatum. Nam-
que felicitas illa ei proposita non est, quæ
cunctis mortalibus vniuersè proponitur,
neque rursum, (id quod aliquis forte suspi-
cetur,) statim victoria: etenim hæc extre-
mum, & finis Imperatoris, quia talis; illa
verò omnibus hominum officiis proposita
est, & deliberationibus, & nisibus. At
nos in præsentia quæsumus proprium belli-
ci philosophi propositum: est verò id non
vnum sanè, neque vniuersitati, sed triplex.
Namque bellicus hic quem dicimus primum
cogitabit, ut validos robustosque corpori-
bus ciuitati exhibeat milites, inde verò,
ut animosos, tertium denique & extre-
mū, ut morigeros, & obsequentes: ta-
les autem ego interpretor eos qui non ad
parendum modò sint proclives, & faciles,
verum etiam, qui fide, & egregia in tem-
pli voluntate cæteros excellant. Hisce
verò omnibus illi omnes consentiunt, qui
de philosophia hæc præcepere, quique resp-
rectè constituere, aut constitutas rexere:
nec minùs etiam sapientiores Poëtz. etenim
Pindarus:

Inuit quidem facinus robur.

Namque hoc principium naturale, & non
adscititum est. & Homerus de animi ro-
bore:

Nec specimen generosi animi, secederent;
Sine, hoste aduersum te iam veniente, pauore.
&

Nonequidem timor nullus habet mea peccata,
nullus

Venit in hunc animum pauor, aut ignavis-
uacors. &

Vir constans animo nunquam titubante va-
cillat,

Quin fortis se prestat, & omnia fortiter
audet.

Hæc autem omnia aperte indicat, roburque
& ingēteis spiritus necessaria illis esse qui mi-
lites futuri sunt: atque hæc prima fortitudi-
nis sedes, naturalèque fundamentum est.

Parem porrò in modum de obedientia
Poëta idem: namque in aciebus struendis,
Troianorum temeritatem vituperans, & cla-
morem Barbaricum, & contumaciam, Græ-
corum docilitatem, atque in seruandis ordi-
nibus facilitatem prædicat.

Verum Gray signis taciti subeuntibus ibant:
Et compressa metu tenuere silentia cuncti:

Quippe duces veriti. &

Nemo insigni inuenctus e quo necrobore fretus
Extra aciem pugnet.

Verum cum hoc ita iam confessum sit, A oportet conuenientes statuere terminos, quibus omnia haec comprehendens Militaris collimet, necnon etiam quæcumque instrumenta necessaria sunt ad haec perficienda, comparet: nam si his caruerit, nullum operæ pretium fecerit. Videntur autem termini præcipue esse hi: Temperantia & fortitudo. quamquam addunt nonnulli, amabiles mores, & mansuetudinem erga suos ciues, & propinquos: acerbos verò & iracundos erga hostes, & alienos; fortasse Euripi- B dis sententiam sequentes, in Medea haec facientis;

Inimicis infestam, amicis placabilem.

& rationem adhibentis,

Eiusmodi enim hominum vita splendidis- sima.

Verum de his alio loco mediocriter discrepatum fuit: atque hi quidem termini. Instrumenta autem tria numerantur, C quæ ciuitatum conditores reperere; sunt verò haec, Contubernia, Venationes, Exercitamenta. Quod enim contuberna, (quæ Syssitia illi appellant,) longè vetusta sint, superioribus disputationibus ostendimus. Italus enim in regione illa, quæ Italia olim dicebatur, usque adhuc in ore hominum est, ceu horum conditor primus. Quæ verò apud Cretas Andria vel Phiditia, vel quoquo alio nomine nuncupata, haec siue à Minoe, siue ab alio quopiam ex antiquis illius loci legislatoribus instituta fuisse videntur: unde bonam magnamque partem Laconicæ institutionis in patriam Lycurgus transtulisse existimat. Præclaris autem hisce inuentis accessere necessariò ferè venationes, atque exercitamenta, quorum amborum utilitatem omnes norunt, & aliqui eorum qui versati in his sunt, hoc abundè declarant, nosque etiam nonnulla fortasse illis adiungemus, at non priùs quād delectus habendi necessarias rationes exponamus. Quamquam enim in eis disputationibus quæ de optima Republica habitæ antè sunt, solum ciuale robut spectandum, in habendo militum delectu, dixerimus: in præsens tamen, ita de ipso tractare decreuimus, ut tractatio haec omni Reipubl. omnique principatui utiliter possit accommodari. Hæc itaque ratio neque simplex, neque modi vius esse comperietur; quin varia & eiusmodi magis, ut non sic ad belli tumultum, & clarigationem reseruanda, sed per otium, & quietem, longè antè instituenda, ac studiosè & diligenter perficienda.

A Epieidē dē τῆς οὔτεως ὀμολόγηται, δῆ τοι τερποτήτες ὁργίς ισάναι, οῖς Ήντο Ταῦτα πόμπα μεταβολῶν, δισοχήσι ὁ πολεμικός. καὶ τ' αὐλαγχάτης ὄργανον ὅπερ τετοις τερποτήτας αἴτιος. Τέταν γάρ τοι τοῦτον τερποτήταν εἶται αὐτῷ πειθεῖν. δοκοδοι δὲ οἱ ὁργές μελισσαῖς συφερούσι, καὶ αἰδρεία. καὶ τοις τερποτήταις οὐρανίεσσι, τοῦτοι μὴ τοις πολίταις, καὶ ποικιλούσι, φιλοφερούσιν καὶ τερποτήτα, ὄργανον δὲ καὶ μεταμόρφωτα, τοῦτοι εὔχροοις Καλλοπεῖοις, Εὐεπίδη οἵως ἐπόμηντοι Ταῦτα οἱ τῇ Μηδείᾳ ποιήσαντι.

Bαρβαροῖς εὔχροοις, Καὶ φίλοισιν εὖλοι.

καὶ ὑπερέχοντι,

Tαῦτα γάρ θεούτων δικρεέστατος βίος.

Αλλὰ τοῖς μὴ Τέτανοις σὺν αἷσσοις μετεῖναι. Οὗτοι μὴ διανοοῦσι οἱ ὁργαί. τὰ δὲ ὄργανα τεία ὄντα τυγχάνου, αἱ δὲ τερποτήται πάλαι πολιτικῆν διδύμηται. Εἴτε δὲ Ταῦτα συναντία, θῆραι, γυμνάσια. τὰ μὴ γάρ συναντία δὲ παρπάλαι εἰσιν, σὺν τοῖς τερποτήταις λόγοις ἡμῖν δεδηλώται. οἱ γάρ Ιταλοί, οὓς εἴπορθν, καὶ τοις πάλαι λεγομένοι Ιταλίας, εἴτι Καὶ οὐ μημενεύεται οὐδὲ Τέτανος δύρεταις τερποτήτος. τὰ δὲ τερποτήταις Κρητοὶ Φιδίτια, ή Αιδρία, ή ὁ πασσοῦ διῆγος καλούμενα, ή τοις Ταῦτα Μίνω, ή διῆγοι του την πόμπαν διέχεισιν νομοθετήμενοι αἰγαῖοι, κατεποιηταὶ δὲ δοκεῖ. οὐδεν τὰ πλείω τῆς Λακωνικῆς πολιτείας μέρη, οἱ Λυκοδρυοί εἰσ τοις Σπρύταις μετενεγκοῖν νομίζεται. Τέτανοι δέρα τοῖς καλοῖς δύρημασιν ἱκολεύθησιν χεδὸν δέξαισι γῆς αἰσθητοῖς, αἱ τε θῆραι, καὶ τὰ γυμνάσια, οὐδὲ μοτέρων δόρυφελος πάλιτευτοις. καὶ θεοὶ την πόμπαν την αὐλαγχάτην αὐλαντούσιν την ιχθυάτην δεδηλώκεσσιν, ημεῖς τε θεοὶ οἵως Τέτανοις τερποτήταις εἴποιμεν, άλλ' οὐ τερποτήταις τοῖς Σπρύταις μετελθεῖν. καὶ τοις καὶ τοῖς τοῖς αἰετοῖς πολιτείας λόγοις εἴποιμεν, οὐ δέξαι τε οὐδὲ μόνον την γυμνίσιν πολιτην τοις δέξαι τοις Ταῦταις ποιητούμενοι μηδὲ διλαντούσιν τοῖς πάλαις καθόλου τερποματευτοῖς, Καὶ κοινάς, ή τε τερποματεία πάσῃ τῇ πολιτείᾳ καὶ πάσῃ δέξαι ὄντοις οὐσα τυγχάνη. Αὕτη τοις οὐχ αἴπει Ήντο εἰς Φαύνοιτο δὲ καὶ μονοδότης, άλλα ποικίλη τοις πολιτεύοντος, καὶ οὐχ οὐδὲ τοῖς πολεμικῆς αὐλαγχάτης χειρογνωματαῖς, καὶ Ταρραχάτης, άλλ' οὐ πολλοῦ γε, καὶ καθὶ οὐσιχάτης εἰσποιηταῖς.

Ο λόγος ὅμως τῆς Αἰγυπτίου βασιλέως Σέπτος, τῷ πάλαι πολύτων ἐπηγέρη, ἔνεκεν τῆς σκληρῆς. Υπονθέρτος γένος αὐτῷ παύδος, ὃν τινὲς λόγοι Σεσσώσιν, ἄλλοι δὲ Σέσσωτρίν φασιν ωνομάσαν, τῶν τὸν βασιλέα λέγοισι, μεγαλεωρεπέσ τι, ἐν βασιλικὸν ὄντας διεγονόσα. πόλις ταῖς γένεσι καὶ τινὶ αὐτῶν οὐ μέρου, ταῖς αὐτοῖς παύδοις ἀποτελθέντας τῷ παύδῳ ὅλῃς τῆς Αἰγυπτίου συναγαγεῖν, καὶ οὐφοις καὶ θηριδυνάσι θηριεῖσαν, καὶ οὔτε ταῖς αὐτῶν αγαγέναις πᾶσιν οὐ εἰσαγαγεῖν, παραχριμοντας τοῖς μάλιστα συντραφέντας, καὶ τῆς αὐτῆς περίρροτας κενοινωνικάς, θύρους αὐτοῖς, καὶ συναγωνιζας σὺ τοῖς πολέμοις (ὅτερος καὶ ἐγένετο) αἵρεσις εἰσεσθανεῖ. ἀλλὰ τῷ βασιλικῆς τίνος σύγοροις βύτυχη, καὶ οὐ πόμπη σεσθεῖ αἴτιοι διχερέσ. Οὐ μέν δὲ οἱ τῆς γῆς οἰκουμῆτες ἐχαπταὶς βαρβαροί, πόλιτων τῷ οὐτων μὲν προπαν μαχιμόταποι, οἵ Σκύθαι, καὶ Θράκες, καὶ Σαυρομάται καὶ Κελτοί, ἐπηγέρη μεγάλαι καὶ πόμποδαπά, ὡμάδες καὶ ἀπαδαλαι, καὶ οὔτε αἴπομπρα, ἐν ταῖς παραρκταῖς, τὰ δὲ μεσημέρια· οἵ Αράβες, καὶ Τρωγλοδύται, ἐν Λίβυες, καὶ οἵσι αἱλοι τῶν Σαρήατων ταῦταις κατέχοισι τῆς οἰκουμένης, ὡς τίνες κανουμέναις καλέντεισθανοι, οἵσι δὲ τῷ μέσῳ τῷ Ερυκτίῳ κειμέναις, ὑφ' ἡλίου δόκοιν σύνεχεῖς κεκαῦται (ἐν γένοπι οἰκήσιμος αὐτῇ οὐ καίσει, πρότιος καταπεφώρειται) αἱλοις πινας τὰ πολέμια πόμπατα τὰς ἐπηγέρη ταῦτα διέκει. ἐκάτεραι γέρας D ταῖς εχαπταῖς αἴπομπομέναι, καὶ καίσεισ εἰσαταῖς σαρηνωταῖς κατώμηναι, οὐ τοσον τοῖς μεγάλοις διερεῖμασι τῷ πάνω, οἵσον ταῦτα ὡραῖς κεράσεσιν οὐ ταῖς διεκερσίαις μελλον, ἐφεσιν οἵμοις καταπληκτοῖς καρανταῖσι σφίσιν αὐτοῖς. ἀμφω γένοτινοι Φαείσι, καὶ ιπποκά, καὶ θηρούκαι. τοῖς δὲ καὶ πόλεμον θητηδούμασι, οἱ αὐτοῖς αἴμφοτέροις περφέρουσι σκηπτὸς, τῷ δρόπιρθεντι. οὐ μέν τοῖς αἴλοις θητηδούμασι τῷ σκηπούσι τούτου σοχαίσονται. περφέρεις γένος μένιν αρπαγίσας κεχινότες καὶ ἀμέναις, τῇ ἐμφύτῳ ὠμότητι πόμπαοιακίσοσι, καὶ οἵ ταῦταις ὠμφαγοῖν ἐθισθέντες, σεσθεῖς τῷ προπίνωρ ἐαδότεροι περχονται κρεάν. οὐ μέν δὲ οἴσονταις καὶ τερρότητος κέκτινται τοῖς σώμασιν, ἐργον αἰκόνας πιστεύειν. Λέγενται γένος οἰσιν εβαλέν ποτε τοῖς Σκύθαις, οὐ τοις σκληροῖς συτετυχκέναι σώμασι, καὶ αἴπομποις, οὐ τοις μενονταῖς αἴτιοι δοκεῖν, καὶ αἴτιοι ταῖς

A iam quidam Aegypti rex tales delectus habendi modum olim reperit, & tenuit, quem quidem modum omnes prædicarunt, & admirati sunt. Nam cum filium suscepisset, quem Sesostris quidam nomine appellatum fuisse perhibent, Sesostridem alij, regem ipsum affirmant rem quandam magnificam, atque omnino regiam fecisse. Quotquot enim infantes eadem ac filius die orti in Aegypto fuerant, eos omnes in contubernium unum congregasse, educatorésque eisdem, & curatores præfecisse, eundemque disciplinæ modum cunctis pariter descripsisse, reputantem B eos mutua inter se benevolentia præcipue deuinatum iri, qui vna essent educati, caramque cum agendi tum dicendi libertate assueti, atque omnes operam pro communi salute decoréque, (id quod euenit) vnanimiter esse nauaturos. At enim verò hoc regis cuiusdam excellentiæ, abundantisque & fauentis fortunæ munus extitit: id quod neque facilè, neque quoquis tempore expositum cuius fuerit. At verò Barbari illi, qui extremas mundi incolunt oras, omnium mortaliū pugnacissimi, ut Scythæ, Thraces, Celtæ, Sarmatæ, gentes variae & innumerabiles, atzuitia ingenti, & feritate præditæ, ab omnique humano more & cultu prorsus abhorentes. Atque hæ ad Boream. Quæ verò ad Austrum pertinet, ut Arabes, Troglodytæ, Libyes, Numidæ, & quæcūque aliæ tractū illum obtinet, quæ Zonam torridā iccireo solēt appellare, quia in medio versionum sita, à Sole videatur exuri, (nam quod habitabilis ea sit, nuper exploratum est) alia quadā ratione belli munia tractant nationes hæ: utræque enim ad extremas mundi oras quasi amādatæ, regionesque tenentes inter se maximè contrarias, non tantum locorum interuallis ingentibus, quatum etiam tempestaturum temperaturis, atque adeò intemperiebus, institutis tamē, & studiis sibi consimilibus utuntur. Ambæ enim gregibus & armentis pascendis incumbunt, cœlestri operam dant, venatibus indulgent, in belli autem artibus idem signum sublatum spectant, atque bellicum artificem spectare nuper dicebamus: idipsum tamen haud eisdem studiis conantur attingere. Nam cum in solam rapinam inhient, & vltio nem, immanitate ea, quam loci natura eis inseuit, omnia gubernant, atque ob eandem hanc crudis carnibus vesci assueti, neque ab humanis quandoque etiam mandentis se se abstinent. Ceterum haud facile creditu est, qua firmitate eorum corpora prædicta sint, quaque ad omnia grauiæ & incommoda preferenda habilitate. Aliunt enim quotquot cum Scythis manus olim conservere, adeò duris, adque ictus repellendos factis incidisse corporibus, ut vix mucronibus perfodi, aut gladiorum aciebus feriri possint,

(proinde ac de antiquis heroibus Poëtæ fabulantur,) præsertim capitum occipititia: ita enim densa hæc esse, itaque duci, ut machæras bene etiam acutas, retinendere nata sint. Verùm hæc necessario illis eueniunt, quia sub dio æuum continenter degunt, niuibus obruti, imbris infestati, gelu durati, fluminibus circumsepti. Arabas autem, & Troglodytas, & quascunque eiusmodi gentes, eadem, atque eiusmodi, & facere, & perpeti, quamquam ratione conuersa; quia scilicet à Sole exurantur. Ita igitur ambæ hæ nationes, robore atque agilitate antè compatriis, hæc ad configendum domo afferrunt, & pugnandum; animi verò præsentiam, atque alacritatem præcipue omnium Scythæ, & quæcunque aliæ gentes in Septentriones spectant, ob eas causas quas suprà memorauimus. Namque impletu quodam violento & proiecto in hostes inuidentes, cursibusque & recursibus eos fatigantes, & in orbem includentes, famaque, & commeatuum caritate prementes, modum nullum vexandi, antè faciunt, quām, aut ex agris suis omnes exegerint, aut conciderint, aut viuos ceperint. Verumtamen homines hi ita nati, itaque facti, suis regibus & ducibus mortaliū omnium sunt obedientissimi, & fideles maximè. Atque idcirco ex huiusmodi studiis illud eis euenit, quod initio quærebatur, videlicet, ut eorum nati, ipsæ uxores, & post geniti omnes militarem facultatem & artem, vel citra artem, atque adeò naturaliter condiscant, & percipiant, eaque percepta omnium facillimè, ipsam exercere, & conseruare queant: quippe cùm huius retinendæ ergo, corpora continent exerceant, & sub dio malè patiantur, ut diximus, nullumque agrum diutius teneant, quām victum sibi suggerat: denique, ut omnium pugnacissimi existant, neque ad belli artes huiusmodi, præceptis indigeant, neque sophismatis, quibus Spartiatæ vuntur & Cretes, & quicumque alii de bello studiis se iactant. At verò nos quodam excursionis modo de eis nunc egimus, nempe ad eam finem, ut quicumque homines bellicis artibus, suis in ciuitatibus præsunt, exempla de bellicosissimis gentibus facere sibi possint, quæ suæ Reipublicæ ex usu sient.

(κατόπιν τούτης της περιγράφου οἱ ποιηταὶ μένοντες μόνοι) ἄλλως τε καὶ τὰ τὴν κεφαλὴν βρέγματα. Σώπανδρος παχύτητος ἔνεκκε καὶ σκληρότητος, ταῦτη δὲ τῇ πονηρούμενον μαχαιρωτὸν μορφήν ματα, ὡς λέγεσθαι, δέξαμβλον πείθεται. Διὸς δὲ οὐκέπειρος δέξει αἰάγκης Σώπανδρον ματα, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς δέρεις διατελεῖν βίουν ταῦτα, καὶ πιθεῖται καὶ ὅμοιοις, Καὶ πάγοις, καὶ ποταμοῖς σχένεχῶς ὁμιλεῖν. Τοὺς δὲ Αργεβας Καὶ Τραγυλεδύτας, Καὶ οἵσι Κιονόποι, Σώπανδρος, καὶ Κιονούραπα παγεῖ τε καὶ δράν, καὶ τῷ αἴτιον τραμιδών, Καὶ τὸ υφέντον δέξεράθη. οὔτες δέρει αἴμφωτα τὴν Σώπανδρον τό, τε βύρωσον καὶ τὸ δύσταλές θεῖται Σώπανδρον, καὶ Σώπανδρος, οἴκοις τελετεληθεύατερ γράψαν. τὸ δέ διψυχον καὶ τὸ τελείνυμεν πομπών μάλιστα Καὶ Σκυθικὸν πέριχτο, καὶ τὸ ἀλλαχταί τοις αρκνα τὴν ἐνταίνειν, διὸς αἴτιον πομπών αἰγαίας. καὶ γένος ὄρμη θεού Βιάμφη, καὶ ἀπονενομηθεῖη, τοῖς πολεμοῖσι ὅμοστον χωρεύοντες, Καὶ περιδρομῆτες, καὶ παλιοδρομίας αἰγαίου κυκλωσάμενοι, καὶ λιμᾶν, Καὶ τὴν θητηδείων απάντει καὶ ἀποειδακατεύχοντες οὐ παύοντας, οὐδὲν δέ τοι σκέπτεσθαι περιεισθεῖν αἰγαίους, δέ πομπάς κατακόπειν δέ τοις ζωγρεῖν. Οὐ μέν δέλλα Κιονόποιος δέ τοις πάντας τε φύσιν Καὶ τέλειον περιείρεσιν, ὥμως τοῖς αὐτοῖς δέργονται καὶ βασιλεῖσι πομπών τὴν ὄντων αὐτούς περιπομπαίσιν διπειρίσατοι. διὸς δέ σκέπτεσθαι τούτων τὴν επιτηδεύματαν σκέπτονται σφίσιν αποβαίνεις μάλιστραδίας ὅπῃ κατερχαῖς ἐξητύμην. τοὺς αὐτοῖς παῦδας δηλαδή Καὶ αἰγαίου γαϊκας, Καὶ τοὺς σκυρόντας απόμπας τὸ ορανωπήνων διωάμαντα, Καὶ τέχνην, αἴτεχνος πιος, Καὶ φυσικῶς μάλλον, καταμαρτύρειν, καὶ καταμαρτύρεις πομπών ράσα Σώπανδρον καὶ διαφυλάττειν, Καὶ τὸ σκωνεχῶν Σώπανδρος ἔνεκκε Θεμασκῆν, καὶ παλαιπαρδαταῖς αὐτοῖς τοις αὐτοῖς αὐτοῖς δέργαται, οὐδὲν τὰ πολέμια, καὶ Θεμασκῆται, οἷς ποτε μάλιστα γενέτη Σπριτάζου, τοὺς Κρητες, Καὶ οἵσι αἴλαστοι τὴν Ελλάδαν θεῖται Τοῖς πολεμικοῖς πεφιλεπίμινται· οὐδὲν τούτων ὡς σφέτεροι Κρητεράσεως μέρες τούτων τὰ πολεμικά τῶν δύο θεότητων θεῖται πρότιμα πατέρες.

οὐσίας τε πρέπειασσες μερὶς τὰς τούτων
ἐμπολεμίαν, οὐδὲ οἱ πολεμικοὶ, οὐδὲ τῷ αὐτῷ συντάξῃ τοῖς τὸ πολεμικῶν ἀνθρώπων ὅτι τηδεῖ μαστιχήσαι τὴν ἔργην, ενέγριμον ἐχοιεν, οὐδὲν αὐτοῖς λαβεῖν τὸ πίχον τὸν τηδεῖαν, τοῦτο μετενέγκει.

Οὐ μὲν ἀλλ' ἐπεὶ βαρβάροι τέ εἰσι, καὶ οἱ βίοι πολυτελεῖς ἄγειν, οὐ τῆς αὐτοφύους πίεσθης δέκαλα φαγμένου μεσόκορον, αὐτοῖς μὲν, οὐ τὰ αὐτῶν ἔθιμα τοῦτο παρέγνη ἐάνθητο. ταῦτα δαγκωνίσας πολλιν χάρειν εἶδον, οὐδὲ γάτα θνήτην λίμναιν οὐδεῖν μετέβη, οὐ τὸ βουλευτικόν. οὐδὲ τὸτε ἐποίησεν οὐδεῖς, τὸ οὐφόντον λέγον, οὐδὲ σχετικόδος σχεφωνθεν, πάλαι ποτε αὐτοῖς τέλος απέβη. λέγει γάρ, Θρησκίους δε τὸν Ἑρόν (τὸ δὲ Θρησκίου πᾶς αὐτός, ταῦτον οὐ μεγαλύτερον πομπὴν ταῦτα Σκυθικῶν οὐ προκόπιον) μέγιστον έστι μετάγεντος Ιερού, πομπή των αὐτοφύων εἰς τὸ οὐφόντον δέχοντας, οὐ φρεγάνοις κατὰ τὸτο, αὔραχον τὸ αὐτόν, καὶ πολλῷ καρδίσσον πομπήν των Εὐθύνων. Δικαίων, οὐδὲ τὸξον μέτρον.

Τοῖς μὲν οὖσι βουλευτήροις φαγματίεσθαι αὐτοῖς σχελογῆς τοῦτο τοῖς οὐ μερτεροῖς τῷ αὐτοφύων, ποιόσα θαυμάσιαν, καὶ μεθόδον διέργει δὲ εἰς ερασιτικοὺς οὐτας γένοις οἰκέοι, φερότων Διφύρετον τὸ πολεμικὸν διωγμόν, ἐπειρα σφειράτεον ποία της πόλις, ηποιούρον τὸν Ἑρόν καὶ αὐτὸς αρρέχων έστιν, οὐτε της Εὐθύνης οὐφιέλμονος. Καὶ γάρ τοι οὐχ εἴσι οἱ πομπάρχοι Εὐπόσ καὶ μία ἐπ' αὐτῶν τετμημένη οδός, οὐδὲ αρρένεις εἰρητοί. Πάσα τοίνυν πολεμικὴ διωγμός, οὐ πάσα ερασιτικὰ εἰς πεζικὸν οὐ ποτιών Διφύρετον. Εἰδούσι οὐτε δέ οὐτε εἰς ναυτικόν. Τὸ δέ πεζικὸν εἰς οὐ πλιτικὸν καὶ φιλέν. τοῦτο τοῖς ποτιών. Τὸ δέ ναυτικὸν εἰς φρεγάνοις ποτιών οὐτε βαθαρέας. Πάρσει δέ λέλεκται οὐδὲ πᾶσα πόλις οὐτοις μονήρης, ηποιούροις πολιτηῖς, πολλάντεις στρατιώνοις οπωσσοῦ κρατήσα, βουλευτήροις μὲν τηνικοῖς οὐδὲ μόνον ελαθητοῖς Διφύρετον, οὐδὲ εἰς τοὺς ἄλλους δέχονται, διωγμοῖς δέεται πολεμικῆς, καὶ αὐτῆς οὐδίμου, καὶ οὐ ξενικῆς πότερον οὐτε πενέτης, καὶ οὐ Εἰλωτές, οὐ οἰκτηνοί την Ιεράδην λεγόμενοι περιέδικοι, ξενικοῖς η οὐδίμοις στινεξετασσόοι, οὐ πολύδικοι. καὶ γάρ αὐτοφύερων τούτων μεταξύ τελέγυ μονής Τούτο τὸ γένος πομπῆς. οὐδὲ αὐτοῖς τοῦτο διωγμόνεων θετικόνδικοί εἰσι, οὐ οὐ πομπάσισθησαν, αὐτοῖς πολλάκις οὐδίδαξεν οὐ πειρα, καὶ πολλαχοῦ. Επειδή δέ μηδείχως επειρμήσαμοι πόλις, εἰ μηδὲ οὐ πομπάσισθησαν συμβαῖη, οὐδὲ οὐ πλιτικῶν πρωτονοσχετικῶν εἰργάσασις αὐτοῖς οὐδειλόντων γεωργῶν, εἰ τινές πτυχέας πομπήν τοις οὐτε διστιγματοῖς, ποιητέας οὐκελογή.

